

ornamenta que locum metuo haud possim recipere
 Quam cum istoc mihi negocij nihil est ipsi pbedromo
 credidi. tñ asservabo sed dum hic regreditur foras
 demonstrabo quo in quocumque hominem inueniat. Loco
 enim in opere sumat si que conuentum uelit
 uel uitiosum et sine uitio et probum uel improbum
 qui perituum conuenire uult hominem mitto in comitium
 qui mendacem et gloriosum apud cloniam sacrum
 ditis damnosus maritus sub basilica querite
 fidem erunt scorea exoleta quic stipulari solent
 simillarum collatores apud forum piscarium
 in foro infimo boni homines atque ditese ambulant
 in medio propter canalem ibi ostentatores meru
 confidentes garrulique et maleuoli supra lacum
 qui alteri de nihilo audacter dicunt contumeliam
 et qui ipsi fat hnt quod ipsis possit uere dicier
 sub ueteribus ibi sunt qui dant quic accipiunt foenore
 pone edem castoris ibi sunt subito quib credas male
 in tuscio uico ibi sunt homines qui ipsi se se uenditant
 in uelabro uel pistorem et lanium uel aruspitem
 uel qui ipsi uortant uel qui alij subuortent prebeant
 ditis damnosus maritus apud leucadiam opiam
 sed interim fores crepuere lingue moderandum est mihi.

SVRQVLLIO. I. YCO. CAPADOC.
Itu prae uirgo non queo quod pone me est seruare
 et aurum et uellem omnem suam esse aiebat quicquid habebat
 nemo ut inficial. *ly* at tñ meliusculum est monere
 memento promississe te si quisquam hanc liberali
 causam manu asseret et mihi omne argentum redditum fieri
 minus triginta. *cap* meminero de istoc quietus esto
 et nunc idem dico. *ly* et comeminisse ego haec uolam te
cap meminero et mancipio tibi dabo. *cur* ego a lenone quic
 mancipio occipiam. quibus tui nihil est nisi una lingua
 qui abiurant siquid redditum est alienos mancipatis
 alienos manumittitis alienis que imperatis
 nec uobis auctor nullus est: nec uos met estis ulli